haereditariis obligatoriis paternis et maternis quaesitis, summisque pecuniariis ac quovis modo acquisitis titulo concernentibus necnon curiis, agris, pratis, campis, sylvis, subditis, censualibus, cmethonibus, stagnis, piscinis, molendinis et generaliter cunctis utilitatibus, proventibus, attinentiis et pertinentiis, atque auro, argento, clenodiis, vestibus, vestimentis, pecoribus, pecudibus, totaque substantia et supellectili domestica, modo certi, veri et liquidi debiti inscribit et assecurat per se aut successores suos solvendam et exponendam, sub vadio similiter aequali [illegible] milium florenorum [illegible] solutionis ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Proquo quidem vadio assumma essentiali memoratus Generosus Reszka recognoscens cum successoribus suis ad instantiam [illegible] ad quodvis judicium et officium Regni tam [illegible] quam [illegible] tum et Magni Ducatus Lituaniae [illegible] huius eius successores [illegible] in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere inscriptionique praesenti ac eius contentis sub vadio exinde successoribus [illegible] satisfacere omneque iudicatum pati [illegible] tenebitur illiusque successores tenebuntur. Eundem terminum primum peremptorium et aliorum omnes subsequentes causae eiusdem terminos semper peremptorios. Nullis controversiis exceptionibus allegatis [illegible] appellationibus ac ceteris quibusvis protelationibus [illegible] et aliis iuridicis iuris remediis cum [illegible] et defensionibus [illegible] abrenunciando.

inter Rzeszka et Bobinska coniuges Advitalitas.

Coram officio et actis praesentibus Castrensibus Capitaneatus [illegible] comparentes Generosus Jacobus Reszka et Gregorius Reszka filius [illegible] et Generosa Dorothea Generosi Bartholomaei Bobinski filia eius [illegible] Generosi Jacobi Reszka coniux legitima partibus ex alia coniuges ipsa quidem Dorothea cum eiusdem mariti sui assistentia sane mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt. Quia ipsi inter se mutuo et invicem advitalitatem seu provisionem et usumfructum omnium et singulorum bonorum suorum mobilium et immobilium haereditariorum paternorum maternorum obligatoriorum quaesitorum summarumque quarumvis pecuniariarum se recognoscens quocunque modo et iure [illegible] spectantium in Regno Poloniae quam et Magni Ducatus Lituaniae [illegible] ubilibet consistentium ad praesens habitorum et in post favente divina clementia habendorum et acquirendorum, eorundemque bonorum curiis, praediis, areis, hortis, agris, pratis, campis, sylvis, borris, mericis, stagnis, piscinis, molendinis, villis, subditis, censibus et generaliter omnibus utilitatibus attinentiis necnon auro, argento, clenodiis, vestibus, vestimentis, equis, pecoribus, pecudibus [illegible] totaque substantia et supellectili domestica generaliterque cunctis et in specie singulis bonis mobilibus et immobilibus ita ut specialitas generalitati et generalitas specialitati in nullo derogetur fecerunt in hunc modum qui sequitur. In primis si ipsum Generosum Jacobum Rzeszka maritum suum prius mori contigerit quam Generosam Dorotheam Bobinska coniugem eius, extunc ipsa praedicta coniux bona praefata omnia mobilia et immobilia haereditaria paterna materna obligatoria quaesita quovis modo concernentia ad extrema vitae suae tempora tenebit habebit possidebit utique fruetur. Simili etiam ut supra modo si memoratam Generosam Dorotheam Bobinska coniugem suam prius de hac luce decedere contigerit quam praenominatum Generosum Reszka maritum, extunc supra recensitus Generosus Jacobus Reszka maritus bona eadem omnia mobilia et immobilia haereditaria paterna materna obligatoria quaesita cum omnibus utilitatibus attinentiis et pertinentiis nullis exceptis ad extrema tempora vitae suae tenebit habebit utifruetur [illegible]. Et post decessum suum bona praedicta omnia mobilia et immobilia suis successoribus [illegible] sine ulla contradictione [illegible] iure devolvi debent et devolventur personis iure [illegible] et post mortem suam bona eadem omnia mobilia et immobilia [illegible] ulla contradictione successoribus [illegible] iure devolvi debent [illegible]